



**Volumen Epistolarum, Qvas Romani Pontifices, Gregorivs
III., Stephanvs III., Zacharias I., Pavlvs I., Stephanvs IV.,
Adrianvs et Pseudopapa Constantinus miserunt& reges
Francorvm, Carolvm Martellvm, ...**

Gretser, Jacob

[München], 1613

Jtem exemplar Epistolæ eiusdem Papæ, ad Domnum Pippinum Regem per
Petrum presbyterum directa in qua continetur Abbasciatum Remedij
Episcopi & Audecarij Comitis, qualiter iusticias B. Petri ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65166](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65166)

& æterna gaudia tam Excellentiae vestrae quamque Christianissimæ Reginæ, filie & spirituali nostræ comatri, amantissimæ vestrae coniugi, atq; dulcissimis natis excellentissimis Carolo & Carlomanno regibus Francorum & Patriciis Romanorum largiri dignetur. In columem Excellentiam vestram gratia superna custodiat.

*Item exemplar Epistolæ eiusdem Papæ, ad Dominum Pippinum Regem per Petrum presbyterum directa in qua continetur * Abbasciatum Remedy Episcopi & * Audecarij Comitis, qualiter iusticias B. Petri Apostolorum principis apud Desiderium, quondam Regem, ex parte receperit, & reliquas iusticias faciendum pollicitus est.*

XXI.

DO MN O excellentissimo filio, & nostro spirituali compatri Pippino, Regi Francorum & Patricio Romanorum Paulus Papa. Quia excellētia vestra merito bonorum operum, superno examine, fuerit comprobata, ipsis iam in manifesto rerū exhibitarum effectu demonstratum est; dum nimirum, adepta de super diuinæ sapientiæ participatione, regalis fastigij sceptra coelesti benedictione constet, * effectius promeruisse. Vnde cum sibi hanc ab omnipotente Deo gratiam missam eximetas vestra non ambigit, profectò ei placere, qui eam contulit, totis intentis suis, & pro eius, quam suo eruit, diuino nutu, certamine, scilicet sanctæ vniuersalis Ecclesiæ & exaltationis vigore, decertare, nō desistit, cordis sui oculis à Deo protegenda eximetas vestra, adhibens illa, q̄ sibi, pro huiuscmodi laboris fructu, à B. Apostolorū

Summ. 2e.
Bar. &
Cent.

P 2 pri-

principe Petro, cœlorumq; regni clauigero, ætherea promissa sunt præmia. Vbi iam non humana inter homines gloria, sed inter angelos, diuina numquam amittenda felicitate gaudetur: exultaq; & lætare feliçissime Rex, quia tuo, annuente Deo, certamine, sancta spiritalis mater vestra, vniuersalis Dei Ecclesia, ab æmolorum insidiis erepta atque exaltata triumphat, fidesq; orthodoxa tuo zelo, & fortitudinis brachio liberata ab hæreticorum iaculis consistit.

Pro quo beatus & iustus effectus es in omnibus operibus tuis, fili dulcissime & spiritalis compater victoriosissime, eximieq; Rex. Innotescimus siquidem præcessæ Christianitati vestræ, quod nuper dum ad nos * coniunxissent fidelissimi vestri, scilicet à Deo amabilis Remedium vester atq; * Aucharius gloriosissimus dux, constituit inter eos & Desiderium Langobardorum Regem, ut per totum instantem Aprilis mensis istius i 3. Indictionis, omnes iusticias fautoris vestri, B. Petri, Apostolorum principis, omnia videlicet patrimonia, iura etiam & loca, atque fines & territoria diuersarum ciuitatum nostrarum Reipublicæ Romanorum, nobis plenissimè restituisset. Vnde ex parte quidem easdem iusticias nobis idem Langobardorum Rex fecisse dinoscitur, & reliquas omnes iusticias se profitetur atq; omnino spondet nobis esse facturum. Quapropter impensis nos præfatus Desiderius Langobardorum Rex obsecratus est, ut vestræ à Deo protectæ excellentiæ nostris Apostolicis relationibus intimare debuissimus, & ecce sicut nostro, post Deum, liberatori, hoc ipsum eximiæ atq; sublimissimæ, & à Deo protectæ Christianitati vestræ, per has Apostolicas nostras, innotuimus syllabus, dirigen-

* perueni-
sent.
* Andega-
rius.

tes,

tes magnoperè ad vestram à Deo inspiratam præcel-
sam sublimitatem præsentem dilectum filium nostrū
Petrum Presbyterum, quem petimus, benigno solitè
aspectu à vobis suscipi & cum effectu atque prospero
nuntio, de perfecta plenariaq; iustitia diuersarum cau-
sarum fautoris vestri B. Petri, Apostolorum principis,
ad nos remeandum absoluere dignemini. Si verò in
ea,* quæ præfatus Desiderius Rex, vel eius Langobar- *quam.
dorum gens, profitentes pollicentur, permanerint
sponsione, nobisq; omnia, secundum ut constitit, &
paetorum fœdera continent, restitura ab eis nobis fue-
rint, tunc à Deo conseruandæ excellentiæ vestræ me-
ritum intimantes innotescemus ei.

Vnde obsecrantes petimus, & obnixè depreca-
mur, imò & coniuramus te Excellentissime atq; Chri-
stianissime Rex, amantissime fili, & spiritualis Compa-
ter, per omnipotentem Deum, & B. Petrum, quite in
Regem vnxit, ut perfectius ea, quæ pertinent ad exal-
tationem, & ad* ampliatam liberationem sanctæ Dei *ampliori.
Ecclesiæ, & istius à vobis redemptæ prouinciæ, sicut
B. Petro & nostro prædecessori pontifici sanctæ recor-
dationis Domno & germano nostro, beatissimo Ste-
phano Papæ polliciti estis, cuncta perficere & adim-
plere iubeatis, quatenus promissam & repositam vo-
bis mercedis coronam de manu omnipotentis Dei re-
cipiatis, orantes de reliquo omnipotentis Dei nostri
misericordiam, ut sua vos circumtegat gratia, vna cum
dulcissima coniuge, excellentissima Regina, filia &
spirituali nostra Commatre, atq; amantissimis natis, id
est, præcessis regibus, & præsentis regni culmen & tri-
umphum victoriarum possidere, & æterna gaudia in
coelestibus regnis cum sanctis perfungi concedatur.

In columem Excellentiam vestram gratia superna cu-
stodias.

Item Epistola eiusdem Papæ, ad Dominum
Pippinum regem directa, in qua continentur lamentationes,
eo quod Desiderius Rex consilium iniit cum Georgio imperiale
Misko, qui hic Francia adfuit, ut Imperator suum exercitum
in Italia contra Rauennam vel Pentapolim ad Romanam ur-
bem ad comprehendendum mittat, & ipse Desiderius, cum
uniuerso regno Langobardorum in eius adiutorium vel solati-
um ea mala ad perpetrandum decertet, & quia cotidie scama-
ras & degradationes in eorum finibus faciebant, cum nimiis
adiurationibus postulans adiutorium obtinere contra ipsos

*Deest ergo
hac Episto-
la. Nec enim praenimia vetustate iam ex parte erat diruta, tamen alia ca-
meminerunt
in Summa-
riis Bar. E.
Centuria-
tores. Faci-
tior tamen
iactura est,
finis sit alti-
ud contine-
bat, quam
superior E
piscola.*

Langobardos, & ideo minime in hoc volumine est scripta, quia
capitula in eadem non continentur inserta, sed sicut in su-
periore Epistola legitur, sic & in ista scri-
ptum reperitur.

Item exemplar generale eiusdem Papæ ad cun-
ctum exercitum à Deo protectum Regni Francorum, in qua
continentur gratiarum actiones & uberrime benedictiones,
pro certamine eorum, & ut magis in servitio Dei omnipoten-
tis, & sanctæ Dei Ecclesie, certando perseverent, ani-
mum, Domini Pippini Regis ad hoc pera-
gendum excitent.

XXII.

PAULVS seruus seruorum Dei, omnibus dile-
ctis nobis Episcopis & venerabilibus Presby-
teris & Abbatibus atque religiosis Monachis
glorio-